

**SUMMER SCHOOL - CENTRO AMA UNIVERSITÀ DI SIENA**  
**Formazione, comunicazione e trasmissione del sapere nelle culture antiche**

**La comunicazione esemplare**, 28 luglio 2021  
Gigi Spina, sito bibliografico: [www.luigigispina.altervista.org](http://www.luigigispina.altervista.org)

Schema della lezione

1) Un esperimento col film *La guerra dei Roses*, di Danny De Vito (*The War of the Roses*, USA 1989).

2) L'esempio (παράδειγμα, *exemplum*) nella trattistica retorica greca e romana: etimologia, classificazione, funzione, uso.

Testi di riferimento:

Aristotele, *Retorica*, II 20. 1393a 23 - 1394a 18.

Quintiliano, *Institutio oratoria*, V 11, 1-44.

3) Esempi di esempi; l'esempio nella pratica didattica.

Letture di riferimento:

- Luigi Spina, *Aristotele al lavoro: Due note sulla Retorica*, in L. Calboli Montefusco (ed.), *Papers on Rhetoric*, IX, Roma 2008, pp. 213-238.  
<http://luigigispina.altervista.org/wp-content/uploads/2017/06/SPINAPoRh.pdf>
- Claudia Uccello, *Paradeigma: l'esempio per l'argomentazione*, Alessandria, Edizioni dell'Orso, 2021.
- Guy Westwood, *The Rhetoric of the Past in Demosthenes and Aeschines: Oratory, History, and Politics in Classical Athens*, Oxford, Oxford University Press, 2020.

Riporto qui i testi di Aristotele e di Quintiliano indicati al punto 2. Nel corso della lezione mi fermerò comunque sui punti principali, anche in traduzione.

Aristotele, *Rethorica* II 20. 1393a 23 - 1394a 18

classificazione aristotelica;  
formula aristotelica introduttiva dell'esempio addotto;  
proposta persuasiva interna all'esempio;  
connessione argomentativa interna all'esempio.

Παραδειγμάτων δὲ εἰδη δύο· ἐν μὲν γάρ ἐστιν παραδείγματος εἶδος τὸ λέγειν πράγματα προγενομένα, ἐν δὲ τὸ αὐτὸν ποιεῖν. τούτου δὲ ἐν μὲν παραβολὴ ἐν δὲ λόγοι, οἷον οἱ Αἰcώπειοι καὶ Λιβυκοί.

ἐστιν δὲ τὸ μὲν πράγματα λέγειν τοιόνδε τι, ὥσπερ εἴ τις λέγοι ὅτι δεῖ πρὸς βασιλέα παρασκευάζεσθαι καὶ μή ἔāν Αἴγυπτον χειρώσασθαι· καὶ γὰρ πρότερον Δαρεῖος οὐ πρότερον διέβη πρὶν Αἴγυπτον ἔλαβεν, λαβὼν δὲ διέβη, καὶ πάλιν Ξέρξης οὐ πρότερον ἐπεχείρησεν πρὶν ἔλαβεν, λαβὼν δὲ διέβη, ὥστε καὶ οὗτος ἐὰν λάβῃ, διαβήσεται, διὸ οὐκ ἐπιτρεπτέον.

παραβολὴ δὲ τὰ Σωκρατικά, ὅλον εἴ τις λέγοι ὅτι οὐ δεῖ κληρωτοὺς ἄρχειν δόμοιον γὰρ ἄσπερ ἀν εἴ τις τοὺς ἀθλητὰς κληροί μὴ ὃ δύνανται ἀγωνίζεσθαι ἀλλ' ὃ ἀν λάχωσιν, ἢ τῶν πιλωτήρων ὅντινα δεῖ κυβερνᾶν κληρώσειεν, ὡς δέον τὸν λαχόντα ἀλλὰ μὴ τὸν ἐπιστάμενον.

λόγος δέ, σίδος δὲ Στησίχορου περὶ Φαλάριδος καὶ ὁ Αἰσώπου ὑπὲρ τοῦ δημαγωγοῦ.

Στησίχορος μὲν γὰρ ἐλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν Τιμεραίων Φάλαριν καὶ μελλόντων φυλακὴν διδόναι τοῦ σώματος, τὰλλα διαλεχθεὶς εἶπεν αὐτοῖς λόγον ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος, ἐλθόντος δ' ἐλάφου καὶ διαφθείροντος τὴν νομὴν βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον ἥρωτα τινὰ ἀνθρωπὸν εἰ δύναιτ' ἀν μετ' αὐτοῦ τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, δ' ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῆ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια· συνομολογήσας δὲ καὶ ἀναβάντος ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλευσε τῷ ἀνθρώπῳ. "οὗτος δὲ καὶ ὑμεῖς", ἔφη, "ὅρατε μὴ βουλόμενοι τοὺς πολεμίους τιμωρήσασθαι τὸ αὐτὸς πάθητε τῷ ἵππῳ· τὸν μὲν γὰρ χαλινὸν ἔχετε ἥδη, ἐλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ἔὰν δὲ φυλακὴν δῶτε καὶ ἀναβῆτε ἔασητε, δουλεύσετε ἥδη Φαλάριδον".

Αἰσώπος δὲ ἐν Σάμῳ δημητριοφόρῳ κρινομένου δημαγωγοῦ περὶ θανάτου ἔφη ἀλώπεκα διαβαίνοντα ποταμὸν ἀπωσθῆναι εἰς φάραγγα, οὐδὲν δὲ ἐκβῆναι πολὺν χρόνον κακοπαθεῖν καὶ κυνοραιτάς πολλοὺς ἔχεσθαι αὐτῆς, ἔχινον δὲ πλαιώμενον, ὡς εἶδεν αὐτήν, κατοικτείραντα ἔρωτάν εἰ ἀφέλοι αὐτῆς τὸν κυνοραιτάς, τὴν δὲ οὐκ ἔαν· ἐρομένου δὲ διὰ τί, "ὅτι οὗτοι μὲν" φάναι "ἥδη μου πλήρεις εἰσὶ καὶ δλίγον ἔλκουσιν ἀλμα, ἔὰν δὲ τούτους ἀφέλητε, ἔτεροι ἐλθόντες πεινῶντες ἐκπιοῦνται μου τὸ λοιπὸν ἀλμα". "ἄταρ καὶ ὑμᾶς, ἄνδρες Σάμιοι, οὗτος μὲν οὐδὲν ἔτι βλάψει (πλούσιος γάρ ἐστιν), ἔὰν δὲ τοῦτον ἀποκτείνητε, ἔτεροι ἥξουσι πένητες, οἱ ὑμᾶς ἀναλώσουσι τὰ λοιπὰ κλέπτοντες."

Quintiliano, *Institutio oratoria* V, 11, 1-22, 34

classificazione quintiliana (e ciceroniana) in confronto con quella greca

meccanismo dell'esempio e formula introduttiva

esempio di esempio

connessione argomentativa interna all'esempio.

[1] Tertium genus, ex iis quae extrinsecus adducuntur in causam, Graeci uocant παράδειγμα, quo nomine et generaliter usi sunt in omni similium adpositione et specialiter in iis quae rerum gestarum auctoritate nituntur. Nostri fere similitudinem uocare maluerunt quod ab illis parabole dicitur, hoc alterum exemplum, quamquam et hoc simile est, illud exemplum. [2] Nos, quo facilius propositum explicemus, utrumque παράδειγμα esse credamus et ipsi appellemus exemplum. Nec uereor ne uidear repugnare Ciceroni, quamquam conlationem separat ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes, inductionem et ratiocinationem, ut plerique Graecorum in παραδείγματα et ἐπιχειρήματα, dixeruntque παράδειγμα ὥριτορικὴν ἐπαγωγήν. [3] Nam illa, qua plurimum est Socrates usus, hanc habuit uiam, , cum plura interrogasset quae fateri aduersario necesse esset, nouissime id de quo quaerebatur inferret ut simile concessis. [Id est inductio.] Hoc in oratione fieri non potest, sed quod illic interrogatur, hic fere sumitur. [4] Sit igitur illa interrogatio talis: 'Quod est pomum generosissimum? Nonne quod optimum?' Concedetur. 'Quid? equus qui generosissimus? Nonne qui optimus?' Et plura in eundum modum. Deinde, cuius rei gratia rogatum est: 'quid? homo nonne is generosissimus qui optimus?' Fatendum erit. [5] Hoc in testium interrogatione ualet plurimum, in oratione perpetua dissimile est: aut enim sibi ipse respondet orator: 'Quod pomum generosissimum? Puto quod optimum. Et equus? Qui uelocissimus. Ita hominum non qui claritate nascendi, sed qui uirtute maxime excellet' \*

Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse est aut similia esse aut dissimilia aut contraria. Similitudo adsumitur interim et ad orationis ornatum; sed illa cum res exiget, nunc ea quae ad probationem pertinent exequar. [6] Potentissimum autem est inter ea quae sunt huius generis quod proprie uocamus exemplum, id est rei gestae aut ut gestae utilis ad persuadendum id quod intenderis commemoratio. Intuendum igitur est totum simile sit an ex parte, ut aut omnia ex eo sumamus aut quae utilia erunt. Simile est: 'iure occisus est Saturninus sicut Gracchi'. Dissimile: [7] 'Brutus occidit liberos proditionem molientis, Manlius uirtutem filii morte multauit'. Contrarium: 'Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadem sociis abstulit'. Et probandorum et culpandorum ex his confirmatio eosdem gradus habet. [8] Etiam in iis quae futura dicemus utilis similium admonitio est, ut si quis dicens Dionysium idcirco petere custodes salutis suaē

*ut eorum adiutus armis tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione Pisistratum ad dominationem peruenisse.*

[9] Sed ut sunt exempla interim tota similia, ut hoc proximum, sic interim **ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora** ducuntur. 'Si propter matrimonia uiolata urbes euersae sunt, quid fieri adultero par est?' 'Tibicines, cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt: **quanto magis** principes ciuitatis uiri et bene de re publica meriti, cum inuidiae cesserint, ab exilio reducendi!' **Ad exhortationem uero praecipue ualent inparia.** [10] Admirabilior in femina quam in uiro uirtus. **Quare**, si ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum adferent momenti Horatius et Torquatus quantum illa mulier cuius manu Pyrrhus est interfectus, et ad moriendum non tam Cato et Scipio quam Lucretia: **quod ipsum est ex maioribus ad minora.** [11] Singula igitur horum generum ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. **Simile est hoc pro Murena:** 'etenim mihi ipsi accidit ut cum duobus patriciis, altero improbissimo [atque audacissimo], altero modestissimo atque optimo uiro, peterem: superauit tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam'. [12] **Maius minoris pro Milone:** 'Negant intueri lucem esse fas ei qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea quae primum iudicium de capite uidit M. Horati, fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfactam fateretur'. **Minus maioris:** 'occidi, occidi, non Spurium Maelium, qui annona leuanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem uidebatur, in suspicionem incidit regni adpetendi' et cetera, deinde: 'sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus', et totus in Clodium locus.

[13] **Dissimile pluris casus habet. Fit enim genere modo tempore loco ceteris**, per quae fere omnia Cicero praeiudicia quae de Cluentio uidebantur facta subuertit: contrario uero exemplo censoriam notam, laudando censorem Africanum, qui eum quem peierasse conceptis uerbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus si quis contra diceret, nullo accusante traducere equum passus esset: quae quia erant longiora non suis uerbis exposui. [14] Breue autem apud Vergilium contrarii exemplum est:

*at non ille, satum quo te mentiris, Achilles  
talis in hoste fuit Priamo.*

[Aen. II 540 s.: Ma non così quell'Achille, da cui generato ti menti, / si comportò col nemico Priamo:  
(Alessandro Fo)

No, non Achille, colui da cui menti d'esser nato / fu così truce con Priamo nemico (Daniele Ventre)]

[15] Quaedam autem ex iis quae gesta sunt tota narrabimus, ut Cicero pro Milone: 'pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Mari, propincus eius imperatoris, interfactus ab eo est cui uim adferebat: facere enim probus adulescens periculose quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille summus uir scelere solutum periculo liberavit'; [16] quaedam significare satis erit, ut idem ac pro eodem: 'neque enim posset Ahala ille Seruilius aut P. Nasica aut L. Opimius aut me consule senatus non nefarius haberet, si sceleratos interfici nefas esset'. Haec ita dicentur prout nota erunt uel utilitas causae aut decor postulabit.

[17] Eadem ratio est eorum quae ex poeticis fabulis ducuntur, nisi quod iis minus adffirmationis adhibetur: cuius usus qualis esse deberet, idem optimus auctor ac magister eloquentiae ostendit. [18] **Nam huius quoque generis eadem in oratione reperiatur exemplum:** 'itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum qui patris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis hominum sententiis, non solum diuina sed sapientissimae deae sententia liberatum'. [19] Illae quoque fabellae quae, etiam si originem non ab Aesopo acceperunt (nam uidetur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent praecipue rusticorum et imperitorum, qui et simplicius quae ficta sunt audiunt, et capti uoluptate facile iis quibus delectantur consentiunt: si quidem et Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse nota illa de membris humanis aduersus uentrem discordantibus fabula, [20] et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus:

*quod dixit uulpes aegroto cauta leon. [epist. 1,1,73]*

Αἴνοι Graeci uocant et αἰσωπέίους, ut dixi, λόγους et λιβυκούς, nostrorum quidam, non sane recepto in usum nomine, apologetonem. [21] Cui confine est παροιμίας genus illud quod est uelut fabella breuior et per allegorian accipitur: 'non nostrum' inquit "onus: bos clittellas".

[22] Proximas exemplo uires habet similitudo, praecipueque illa quae ducitur citra ullam tralationum mixturam ex rebus paene paribus: 'ut qui accipere in campo consuerunt iis candidatis quorum nummos suppressos esse putant inimicissimi solent esse: sic eius modi iudices infesti tum reo uenerant.' [23] Nam parabole, quam Cicero conlationem uocat, longius res quae comparentur repetere solet.

[...]

[34] Ἀναλογίαν quidam a simili separauerunt, nos eam subiectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem, et decem ad centum simile certe est, et ut hostis sic malus ciuis. Quamquam haec ulterius quoque procedere solent: 'si turpis dominae consuetudo cum seruo, turpis domino cum ancilla: si mutis animalibus finis uoluptas, idem homini'. [35] Cui rei facillime occurrit ex dissimilibus argumentatio: 'non idem est dominum cum ancilla coisse quod dominam cum seruo, nec, si mutis finis uoluptas, rationalibus quoque': immo ex contrario: 'quia mutis, ideo non rationalibus'.